


cissimo studio capita Confessionis, qua extat: Nihil mihi sumsi, presentibus principibus, & alijs Gubernatoribus, & Concionatoribus, disputatum est ordine, de singulis sententijs.

Sturmius  
Antipap.

4. pag. 13.

25. Quibus ita constitutis, scurram certè agit. tùm personatus ille Ambrosius Vuolfius, qui à scripture Confessionis Augustanæ Lutherum studiosè fuisse remotum mentitur: tùm Iohannes Sturmius, conductitijs ille Sacramentarium Rhetor suaviter nugans: Principes Philippo Melanchthoni, ut Augustanam Confessionem conscriberet, commisisse: & tantam tunc Melanchthonis fuisse auctoritatem, ut à Melanchthone potius, quam à Luthero confici illam voluerint.



## CAPVT II.

### De verâ sententiâ Confessionis Augustanæ.

27. In hoc capite evolvendo ipsa nobis Acropolis Sacramentariae cohortis petenda, & evertenda fuerit.

Vuolff. in  
hist. Conf.  
Aug. pag.  
126. Stur-  
28. Primum enim stridet rursus uterque ille, quos modò nominavimus, vespertilio; Vuolfius nimirum & Sturmius, ac sine fronte, (jam pridem enim hoc hæreticorum genus penitus depudit)